





4542
1701, 7a
J. Fr.
D. Fr.
DISSERTATIO JURIDICA INAUGURALIS,

DE

**MATRIMONIO
MOMENTARIO,**

QVAM

ANNUENTE DIVINO NUMINE

Ex AUTHORITY MAGNIFICI JCTOR. ORDINIS

IN ILLUSTRIS HAC VIADRINA,

PRÆSIDE

DN. HENRICO COCCEJO,

JURISCONSULTO,

SERENISS. ET POTENTISS. REGI IN BORUSSIA

AB AULÆ REGIÆ CONSILII,

FACULTATIS JURIDICÆ ORDINARIO, PROFESS. PRIMARIO,

& h. t. FACULT. JURID. DECANO,

ANTEA

SUMMI CONSILII STATUS ELECTORALIS PALATINI

ET COLLEGII REVISORII ASSESSORE, IN ALMA HEIDEL-

BERGENSI DECRETAL. PANDECT. ET JURIS GENT.

PROF. PUBL. ORDIN. MERITISSIMO,

DN. PATRONO ac PROMOTORE SUO PIO CULTU ÆTERNUM

VENERANDO,

PRO LICENTIA

SUMMOS IN UTROQUE JURE HONORES AC PRIVILEGIA
DOCTORALIA CONSEQUENDI,

Die XXX. Junii An. MDCCII. Horis ante- & Pomeridianis,

Publico Eruditorum Examine submitter

SAMUEL FRIDERICUS Schulz
FRANCOF. MARCHICUS,

Francofurti ad Viadrum, Literis Christophori Zeitleri.



B. C. D.

PROLEGOMENA.

§. I.

Diversimodè diversa jura circa
connubialem disponunt materi-
am. Jus nostrum Civile negoti-
um hoc matrimoniale respexit,
tanquam maximè civile, uti quo-
que in se & suâ naturâ est, nec ul-
lum inter matrimonium & aliud
quoddam negotium in vita Civili
occurrans verum subest discrimen, multò minus quic-
quam spirituale habet: Ast jus Canonicum, cum
Pontifices causis hisce matrimonialibus ad Ecclesiasti-
cum forum pertractis, sibi Cleroque suo multum lu-
cri accessurum non vanè conjicerent, matrimonium
pro Sacramento venditare sustinet. Hinc jus Civile
quidem effusam nonnullarum Gentium circa divor-
tia licentiam non probavit, nihilominus tamen ob
plurimas causas in Legibus comprehensas nuptiarum
solutiones facillè fiebant. Et, licèt anteriores leges
Digestorum & Codicis divortia ex mutuo consensu
seu bona gratia, idque vel absque ulla causa, *L. 6 ff de*

A

L. 9. C.

* (2.) *

*L. 9. C. de Repud. vel ex certâ causâ, L. 60. §. 1. cum LL. seq. de donat. inter Vir: & Uxor. admiserint: in primis quoque leges Codicis, veluti L. 8. & L. 10. & Auth. sed hodie C. de Repud. benè multas enumerent dissolvendi matrimonii causas; Justinianus verò in Nov. 117. divortia ex mutuo consensu, nisi ex justa causa fiant, sustulerit; in eadem tamen Nov. 117. c. 8. & 9. ipse adhuc plures causas enumerat dissolvendi penitus matrimonii. Adeò ut prorsus huic juri perpetua separatio quoad thorum & mensam sit ignotâ, nec hæc Canonistarum traditio ex ullis legibus elici possit. Sed sicuti sacra scriptura, ipsumque jus Naturæ nullum aliud novit divortium, quàm quod vinculi matrimonialis solutionem complectitur, ita quoque ex pumice citiùs aqua quàm ex *l. Inter stuprum. & l. inter divortium. ff. de V. S.* distinctio illa ab adversæ sententiæ Patronis elicietur. Quin per separationem perpetuam thori omnis matrimonii substantia penitus evanescit, ut omnino pugna naturalis sit, conjugium esse, ubi est perpetua thori & mensæ separatio. *Vid. Sect. 1. §. 4.* Jure tamen Canonico omnis solvendi vinculi copia sublata, & sola separatio thori cognita. Ast ex falsâ illâ & absurda hypothesi: quasi in N. demum Testamento matrimonium sacramentum esse cœperit; Sacramentum verò introducat vinculum indissolubile; adeò ut in N. Testamento neque propter adulterium divortium fieri possit; quod tamen Theologis plenius discutiendum relinquimus, cum nec probata sit Sacramenti hujus institutio, & si esset, nihil tamen illud ad abolendam solvendi matrimonii potestatem conferret: cum Sacramenti ratio distincta tamen esset ab usu civili & seculari matrimonii: perinde*

* (3.) *

indè ut in S. Eucharistiæ symbolis. Moribus ex utroque jus est temperatum, ita ut quidem hodie quoque divortium cum bona gratia non admittatur, sed conjuges in gratiam redire compellantur; apud nos tamen hodie fiat separatio tam quoad vinculum quam quoad thorum & mensam. Causas passim Dd. tradunt, & quasdam illarum in Sequ. Sect. memorabimus.

§. II.

Sic haud dissimilis jurium variatio moribus facta occurrit circa sponsalia. Jus Civile equidem quod attinet, unanimis hætenus invaluit opinio, omnia sponsalia esse de futuro. Doctis. tamen Huberus, cum non cerneret verum discrimen, (uti communiter illud neglectum fuit) inter consensum, qui facit ipsas nuptias, & illū, qui sponsalia de futuro, eò delapsus est, ut statueret, jure civili quoque eandem ac jure Canonico sponsaliorum differentiam receptam fuisse. *l. 2. Digres. cap. 8. & 9.* Jus Canonicum verò distinctionem illam sponsaliorum de præsentis & de futuro tradidit, & infeliciter explicuit; dum, inquit Gerardo de *Conjug. §. 130.* Pontifex in *cap. 31. X. de Sponsal.* ex verbis præsentis & futuri temporis differentiam horum desumit, & fundamentum illius distinctionis in formulis illis usitatis; *Accipio te in meam, & Accipiam te in meam*, atque adeò in solo discrimine temporis, quo formulæ illæ solennes invicem differunt, quærit: cum tamen in aliis lingvis, præsertim in nostra vernaculâ, differentia illa temporis observari nequeat, ac verbum præsens, *Accipio*, per quod sponsalia de præsentis constitui volunt Canonistæ, nuptiis, non sponsalibus contrahendis sit accommodatum. Hinc sponsalia

* (4.) *

falia illa de futuro non agnoscimus propterea, quod apud Germanos non sit talis loquendi consuetudo; neque illa verba quoad consensum, si mentem Canonistarum respiciamus, differant, neque ad consummationem matrimonii pertineant, sed & sponsalia & nuptiæ à consummatione separentur (*conf. Dn. Schilter. Exerc. 36. §. 2. ubi tres gradus matrimonii constituit:*) ac sub hoc quoque prætextu ac confusione verborum istorum multa vera distrahantur matrimonia. vid. Carpz. *L. 2. def. 17. n. 3. & 4. & sequa def. 18. & lib. 5. Resp. Elect. 109. n. 3.* Moribus verò sponsalia de futuro vulgò creduntur, si conditionem habeant seu expressam seu tacitam. Huber. *d. lib. 2. cap. 7. in fin. de quo in cap. seq.*

§. III.

In tanta igitur juris utriusque & morum varietate, dubia quoque quædam oriuntur circa nuptias illas, quæ non durant usque ad consummationem ultimam; de quibus sub appellatione Conjugii momentarii pauca nobis suscepimus agenda. Esto ergo B. C. D.

SECTIO I.

De

Descriptione matrimonii momentarii.

§. I.

ANtequam autem nos matrimonio momentario accingamus describendo, à generalioribus ad specialiora, à magis notioribus ad minus nota progressuri generalem matrimonii definitionem, ex §. 1. *f. de patr. potest.* enucleare paucis liceat.

§. II.

* (5.) *

§. II.

Circa quam ab omnibus ferè hæc prima movetur quæstio: An per hanc definitionem excludatur Polygamia? Affirmativa communiter invaluit, quod hæc definitionis pars, *viri & mulieris conjunctio*, Polygamia applicari nequeat. Verùm cum Polygamia vox non plures uxores, sed plures involvat nuptias, tot erunt matrimonia, quot uxores sibi junxerit maritus, adeoque, uti quodque ejusdem mariti matrimonium est unius viri & mulieris conjunctio, ita & cuique definitio ista conveniet. Alia quæstio est, An aliis legibus fuerit prohiberetur plures uxores ducere, de quo hic agitur Vid. Augustin. *in c. 7. caus.*

32. q. 4.

§. III.

Dubitari porrò potest, quâ Justiniano in Institutionibus matrimonium dici potuerit *individua vita consuetudo*; cum constet, eo tempore conjuges mutuo adhuc consensu potuisse pro lubitu ab invicem recedere. *l. 9. C. de Repud. Nov. 22. c. 4.* Neque enim sufficere videtur, si dicatur, voto & animo contrahentium individua esse: Id enim contradictio est; quia, quæ à voto & animo pendent, non sunt individua, sed uti voluntate fiunt, ita voluntate contraria iterum tolli possunt. *§. fin. Quib. mod. toll. obl. l. 58. ff. de Pact. l. 3. ff. de Rescind. Vend.* Quodsi dixeris, speciale fuisse in nuptiis, retellet id *d. l. 9. & d. Nov. 22. c. 4.* unde constat, tunc liberè adhuc mutua voluntate dirimi potuisse. Sed & si fuissent individua, certum est, aliunde id quàm à voto & affectu contrahentium, quem ipsi mutare possunt, fuisse. Constat itaque non eo sensu Justinianum dixisse individua consuetudinem,

A 3

nem,

nem, quòd nuptiæ dirimi non potuerint: id enim
 tum fallissimum fuit, per *d. l. 9. d. c. 4.* sed quod, dum
 nuptiæ sunt, consuetudo vitæ dividi non debeat. Un-
 de Imp. non *Nuptias*, sed conjugum *consuetudinem vitæ*,
 ait, esse *individuum*; quæ adeo, ut sic loquar, individuitas
 consuetudinis vitæ definit, cum conjuges & nuptiæ
 esse desinunt. Quin jure veteri facilius à nuptiis,
 quàm ab aliis contractibus, scil. unius quoque volun-
 tate, recedi potuit. *l. 1. l. 7. & pas. ff. de divort.* Idque
 obtinuit usque ad Theodosium qui quidem divorren-
 di libertatem non sustulit, sed causas impunè divor-
 rendi definivit in *l. 9. C. de Repud. Vid. Selden. de Jur.*
nat. & gent. lib. 5. cap. 7. Alciat. lib. 6. Parerg. c. 20. Ren-
nem. Jurispr. Germ. Membr. 1. disp. 42. th. 29. th. 30. & pra-
fertim th. 36. Dn. Struv. Exerc. 30. th. 41. Mutuo vero
 consensu, ne nuptiæ dirimantur, dudum editis antè
 Institutionibus, mutavit demum Justin: in *Nov. 117. c.*
10. Verum quoque est, matrimonium ad tempus
 contrahi non potuisse; at simpliciter & in perpetuum
 contractum solvi mutata voluntate potuit: uti tutela
 dativa ad tempus constitui non potest, *l. 77. ff. de R. J.*
 at simpliciter injuncta, finitur superveniente testamen-
 tariâ *§. 1. Inst. de Attil. tut. §. 2. Inst. Quib. mod. tut. fin.*

§. IV. *AN SEPARATIO PERPETUA QUOAD THORUM & MEN-*
SAM PER DEFINITIONEM EAM EXCLUDATUR, ALIA EST DD.
DISCEPTIO. Nobis arridet affirmativa: Cum enim
ad essentiam nuptiarum pertineat individua vitæ con-
suetudo, d. §. 1. Inst. de Patr. pot. pugnat omnino cum
ea perpetua thori & mensæ separatio: & cum om-
nis conjugalis societas in communiione thori &
mensæ consistat, hæc in perpetuum sublata, omnem
 con-

conjugii substantiam tolli necesse est; nec quicquam remanet, in quo constitui ulla communio conjugum propria possit. Nec movet, quod cohabitatio multis casibus in perpetuum impediri possit salvis nuptiis. Nam non de effectu quærimus, qui uti in potestate conjugum non semper est, ita ad eum obligari non possunt; sed de animo, ut affectum studiumque cohabitandi retineant, quem separatio perpetua thori & mensæ planè tollit. Jure verò Canonico aliud dicendum: cum illo jure dividi quidem & dissolvi vitæ consuetudo per separationem perpetuam thori & mensæ permittatur, non tamen matrimonium ipsum vel ejus vinculum. Ut hinc definitionem istam solum de jure Civili intelligendam esse benè tradat *Pacius ad d. §. 1. f. de patr. pot.*

§. V.

Hic generalibus præmissis explicandæ veniunt variæ *Momentarii* acceptiones: Accipitur namq; I. momentum cum vel sine latitudine. Illo modo sumitur pro latiori spatio temporis, scil. ex quo spes convalescendi incipit evanescere; seu ex quo vulgò in agone homo esse dicitur. Uti exemplum occurrit in *L. 105 ff. de Solut.* ex qua patet, verba *confestim, in continenti, statim &c.* temperamentum aliquod & spatium temporis admittere, eò quod non statim cum sacco accedi debeat creditor. conf. *l. 3. ff. de Condiç. tritic.* ubi tempus mortis in latitudine consideratur, non verò ipsum momentum mortis, quo sensu momentum quoque accipitur in *l. 5. §. 5. ff. de Injur. l. fin. C. de Bon. qua lib.* Altero sensu sumptum denotat articulum temporis brevissimum, indivisibilem, & exiguitatem temporis planè imperceptibilis, scil. ipsum
momen-

momentum, quo quis moritur, & spiritum exhalat. Ita accipitur in Jure, quando computatione naturali tempus currere dicitur de momento in momentum: *l. 6. ff. de Usucap. l. 3. §. 3. ff. de Minor.* uti latius homonymiam hanc ex quam plurimis textibus deducit *Disputatio: De eo quod justum est in momento*, à Joh. Biedermann Jenæ 1666. *habita, art. 2. per tot.* II. Momentum sumitur pro eo quod aliàs dicitur fieri in continenti: idque variat plurimum pro cujusque negotii natura. Ita in momento aliquid fieri dicitur, quod nullo actu extraneo interveniente fit. Quale exemplum occurrit in Testamentis vid. *l. 28. in pr. & vers. Et equidem C. de Testam.* Simili sensu stipulantis & promittentis actum continuum esse jubet *l. 137. pr. ff. de V. O.* Ita quoque vi dejectus potest in continenti in ipso conflictu, & quam primum potest habere homines, qui ipsum adjuvent, spoliatores iterum expellere, uti traditur in *l. 17. de Vi & vi arm.* nec non *l. 3. ff. Eod. ibique Comment.* III. Denique momentum dicitur id, quod non diu durat, uti remedia momentariæ possessionis, & possessio momentanea seu momentaria, de qua in *l. un. C. si de mom. poss. fuer. appell. vel. sec. Cod. Theodos. lib. 2. Tit. 37. si de momento fuer. appellat.* quia scilicet sine ulla cunctatione statim spoliato restituenda est possessio, dilatâ domini quæstione & proprietatis causâ ad petitorium. *vid. d. Diss. art. 16. n. 26. 27. 28. & 29.*

§. VI.

Hic accipimus matrimonium momentarium pro eo, quod non persistit ad ultimam usque consummationem, quæ fit per copulam carnalem. Quæcum triplici modo contingat, ut scilicet (1) matrimonium

* (9.) *

um ante copulam tollatur unius morte vel delicto v. g. desertione malitiosa, adulterio &c. vel (2) per alia sponsalia potiora, vel (3) ideo matrimonium non consummatur, quod in articulo mortis contrahatur: ideo speciatim per sectiones tres insequentibus singulos casus perlustrabimus.

SECTIO II.

De

*Conjugio momentario ex alterius morte
vel delicto.*

§. I.

Secundum ordinem selectum nostri thematis pertractatio ut procedat, primo dispiciamus de jure matrimonii, alterutro ante benedictionem sacerdotalem mortuo. Cujusmodi exemplaneque inter Principes & illustres personas desunt. Sic, ex superiorum seculorum memoria, contigit anno 1458. die 23. Novembris notabile exemplum apud Dubravium *lib. 24. Histor. Bohem. pag. m. 762. & seqq.* Ladislai scil. Regis Bohemiae, cujus matrimonium cum Magdalena, Regis Galliarum Caroli VII. Filia, Pragae consummandum crudele mortis fatum disturbaverat. Aliud exemplum exhibet Dn. Spenerus in *Genealog. pag. m. 626.* in Philippo Marchione Badensi, qui desponsatus Sybillae Juliacensi, anno 1588. Cliviae, cum nuptialis festivitas jam celebranda esset, obiit. Quod idem fatum accidit Erdmanno Augusto Principi ac Marchioni Bareuthensi, quem, cum sibi desponsasset Sophiam Agnetem Ducis Megapolitani filiam, anno

B

1651.

1651. mors pariter intercept. Et simile propè exemplum allegatur in *l. 6. ff. de Rit. nupt.*

§. II.

Quam maximè verò inter Dd. controversa est quæstio: An hujusmodi sponsalia de præsentì, alterutro ante benedictionem Sacerdotalem mortuo, sint verum matrimonium? Cum pace aliorum affirmativa nobis arridet, quam & præclare demonstrat ac tuetur Huber. *lib. 2. Digress. cap. 7. & cap. 9.* nec ambiguarum sunt rationes: Nam nuptias non concubitus sed consensus facit. *L. 30. de R. J.* Quod idem Jure Canonico inculcatur seriò: *c. 1. c. 2. & pass. caus. 27. qu. 2.* Nec benedictio sacerdotalis pertinet ad substantiam & constitutionem matrimonii, sed ad quandam ejus inaugurationem & majorem autoritatem, prout prolixè defendit Bechmann in *Exoter. Exercit. ad tit. de R. N. n. 27. & seqq. conf. Arnif. de jur. Connub. c. 6. sect. 12.* Plenumque omninò est, ritus Ecclesiasticos non pertinere ad substantiam actus civilis, cui adhibentur; quod exemplo inaugurationum Magistratum ac Principum docetur. Et sanè gentiles quoque nuptias ineunt cum inter se, tum cum Christianis in locis ubi promiscuè commorantur, partusq; inde legitimus nascitur; qui tamen hos ritus non agnoscunt. Et aliàs, si ad substantiam matrimonii ritus isti necessarij essent, ante eos nec obligatio matrimonialis inde oriretur, nec verum adulterium committi posset, cum nullum matrimonium sit deficiente ejus essentiâ. Atque hoc in Consistoriis Evangelicorum ita obtinet Mev. *P. 3. Dec. 39. Sand. l. 2. tit. 1. def. 1.* Böckelm. *ff. de Rit. Nupt. n. 20.* ubi ait, in Germania, Gallia, Svecia Frisia id receptum esse. *Wesemb. ff. d. tit. n. 2. Carpz.*

* (II.) *

Const. 14. def. 12. Hahn. ad d. n. 7. Atque hinc rectè inferunt, partum ante natum esse legitimum, etsi alter moriatur. *cap. is qui fidem 30. X. de Sponsal. vid Struv. Exerc. 29. th. 26. in fin. Kitzel. in Synops. matrim. c. 5. theorem. 10. lit. E. Müller. de Hierolog. Sect. 1. th. 9. ubi exhibit præjudicium Jctorum Jenensium de anno 1633. Dn. Brunn. Jus Eccl. lib. 2. c. 16. §. 6. in fin. ibique Dn. Stryk in not. Quod si tamen utraque pars superest, tenentur addere ritus Ecclesiæ sub mulcta. vid. Dn. Stryk ad Brunn. Jus Eccl. lib. 2. c. 16. a. 7. ad verba: Pœna solet distari. notabile suppeditans præjudicium hujus Facultatis amplissimæ, ubi sponsa refractaria non solum fuit condemnata in mulctam 200. thal. sed insuper cœlibatus impositus, concessâ sponso libertatè nova contrahendi sponsalia. conf. Struv. Exerc. 29. th. 26. ibiq. alleg. Dd.*

§. III.

Sequitur jam quid juris, alterutro conjugum post benedictionem sacerdotalem ante cohabitationem mortuò: cujus rei exempla tam ex sacris quam profanis adducit Cypræus *de jure Connub. c. 5. §. 35. n. 4.* nec ineptè huc referri posset illud, quod allegat præjudicium Carpz. *P. 3. Const. 19. def. 11.* Et tristissimum est, quod Erfordix anno 1609. accidit, ubi inter epulum nuptiale Domus collapsa sponsam interemit. *Coler. dec. 286. n. 240.*

§. IV.

Considerabimus igitur, An his conjugibus competant jura & privilegia dotium? Ex veteribus Dd. adducit Zæf. *ad ff. de pact. dotalib.* negantem inprimis *Salicicum ad L. cum inter. C. de donat. ante nupt.* ejusque argumenta cit. loc. refutat. Affirmativam verò

B 2

ample-

amplectitur tanquam veriozem, ex vulgata juris regula in *l. 30. R. 7. add. l. 16. in fin. de Condit. & demonstr. conf. Tiraquell. ad l. si unquam s. verb. donatione largitus n. 221. C. de Revoc. Donat.* Et licet hodiè plerumque statuta, inprimis quoque jus Saxonicum ad hoc ut uxor in portione statutaria succedat, expressè requirant, consensum fuisse thalamum, id tamen ad jura tantum statutaria pertinere videtur: jura autem ac privilegia dotium ex jure communi competunt. *conf. inf. §. 6.* Quamquam & velint intelligi illam ipsam thalami consensionem, quæ apud Saxones plerumque ante concubitum solenni more in præsentia convivarum nuptialium fieri consuevit. Excell. Dn. Stryk *de Præscript. act. sect. 4. m. 1. n. 11.* & quos allegat *Malcomesius ad tit. ff. de Sponsal. n. 7. verb. nec in statutis. conf. Bruckn. Decis. jur. matrim. c. 1. n. 54. & 55.*

§. V.

An res in dotem sponsis datæ usucapi possunt? Affirm. Sponsum de præsentis pro dote usucapere, posse, cui à sponsa, vel ejus nomine, dotis titulo res aliena tradita est, modò sine vitio tradita. Verùm ante nuptias seu sponsalia de præsentis, cum dotis titulus nullus sit ubi nuptiæ non sunt, usucapio saltem procedet pro suo; quia id actum intelligitur, ut statim sponsi fieret. *l. 1. §. 2. & 3. ff. Pro dot.* Quod si res æstimatò in dotem datæ fuerint, cessat omnis usucapio, antequàm nuptiæ seu sponsalia de præsentis sequuta fuerint. *l. 2. ff. eod. tit.* quia non item actum intelligitur, ut res statim empta, eòq; in perpetuum quæsitam jam videatur.

§. VI.

Quæritur porrò, an sponsa morgengabæ, dotalitii, aliaque viduarum jura asserere sibi queat? De hac

* (13.) *

hac quæstione variæ Dd. inter se dissentientium contentiones allegatas videmus in *Jure publ. Dn. Præsidis cap. 28. §. 7. qu. 2.* cujus tamen controversiæ decisio infra §. 21. luculenter traditur, scil. quoad jura ac beneficia jure communi constituta quidem quæstionem illam affirmandam, quoad ea, quæ usu & jure statuario seu Germanico concessa sunt, negandam esse.

§. VII.

Sed quid circa prædicta jura obtinebit, si ante copulam alter alterum malitiosè deseruerit? Iidem hujus desertionis effectus erunt ac si post copulam alter alterum deseruisset, eademque omninò pænæ amissionis dotis &c. Cum enim pænæ desertionis malitiosæ jure communi ferè institutæ sint, constat eo jure etiam ante copulam pœnas istas locum habere. Sic consuetudo desertionis processu opus erit, ut tandem, si post trinam citationem Edictalem non comparuerit conjux, pro malitioso desertore declaretur, concessâ parti innocenti libertate nova ineundi sponsalia. vid. Bruckn. *Decis. jur. matrimon. in addit. ad cap. 1. num. 12. item ad num. 7.* ubi imprimis exponit per varia præjudicia, quibus modis refractarii ad consummationem cogantur.

§. VIII.

Idem est, si adulterium interea alteruter commiserit, eademque obtinent pænæ privationis, perinde ac si copula carnalis secuta fuerit, sec. *Nov. 117. conf. Brunn. Cent. 4. Dec. 32.*

§. IX.

Restat, ut perpendamus jura matrimonii ante benedictionem sacerdotalem post concubitum finiti. Hic eadem quæstiones, occurrunt, quas membr. 2.

B 3

jam

jam attigimus, An his conjugibus competant jura & privilegia dotium? Licet verò ex delicto suo lucrum capere videantur, cum peccet, qui sacerdotalem benedictionem concubitu prævertit, contra honestatem publicam & ordinationes Ecclesiasticas, adeoque pœna magis quam favore legum dignus sit, neq; dos esse possit ubi matrimonium non est, mores verò pro legitimo non videantur agnoscere ubi benedictio sacerdotalis non accessit, putamus tamen, eandem, quæ in priori membro, decisionem obtinere, cum omnino matrimonium sit perfectum & verissimi conjuges: Nec omisæ benedictionis sacerdotalis pœna ista ullibi constituta est, ut beneficiis conjugum ac viduitatis exuantur: pœnæ verò fingendæ non sunt, ubi lege sancitæ non apparent.

§. X.

Pari modo decidenda est quæstio, an Morgengabæ, dotalitii aliaque viduarum jura obtineant? Affirmat id Sande *lib. 2. tit. 1. def. 1. in f.* quem allegat Brunn. *Cent. 4. dec. 47.* adeo ut mortuo marito scemina debeantur ea, quæ alias viduis debentur, cum accesserit jam consensio thalami, nec omissioni benedictionis sacerdotalis pœnæ istæ privationum ullibi statutæ sint. In cæteris quoque quæstionibus, de adulterio & malitiosa desertione, idem tenendum, quod antè docuimus.

§. XI.

Posunt & alii casus afferri, in quibus aliqua momentarii matrimonii ratio sit, nimirum quando initio jam vitium est, quo quidem non statim illud ipso jure vitiatur, aut substantia ejus tollitur, sed propter quod tamen alter conjux, si id ignoraverit, & po-

* (15.) *

& postea resciverit, petere potest matrimonium solvi, seu irritum declarari: uti propter coëundi impotentiam, quæ initio fuit, non quæ supervenit. *c. 1. Et pass. X. de Frigid. Et malef.* vel propter morbum conjugiosum, quo initio jam laboravit. *c. 1. Et 2. X. de Conjug. lepr.*

§. XII.

Idemque est, si sponsa ante fornicata fuerit, non si sponsus. Carpz. *Jurispr. Consist. lib. 2. Def. 189.* quamquam Celeberr. Dn. Brunnemannus *ad l. 8. pr. §. 1. 2. Et 3. n. 13. Et 14. C. de Repud.* ad paria censeri sponfos malit. Equidem id proprium est sponsæ vitiatæ, quod præsumptionem ac fidem certæ ac legitimæ prolis conculcato semel pudore destruxerit, metusque jam sit supponendi partus: Quam sententiam in Confistoriis nostris receptam esse constat. Si igitur maritus juramento purgatorio probaverit, se omnino conditionem sponsæ ignorasse: *Dass er umb der Cajæ Zustand oder Schwängerung einige Wissenschaft nicht gehabt / auch nach erlangter Wissenschaft dieselbe nicht mehr fleischlich erkennet habe.* conf. Nicol. *de Repud. Et divort. c. 3. n. 52. Et seqq.* obtinebit omnino solutio. Carpz. *P. 2. def. 193.* Id quod juri Divino consentaneum, *Deut. 22. 15, 17.* ubi agitur de probatione virginitatis per linteamina, vid. Walther. *in Possill. Theol. Jurisd. Dom. 2. post. Epiph. §. 60. conf. Dannhauer. Colleg. Decalog. qu. 8. pag. 127. conf. Brunnem. ad l. 11. §. 5. de Act. E. Vend. n. 8. 9. Et 10.*

§. XIII.

Paucis adhuc tangemus quæstionem: An sponsalia de præsentibus non possint solvi nisi cum & matrimonium consummatum? Rp. Regulariter iisdem modis
finiun-

finiuntur, cum insolubile illud vinculum conjugale consensu non concubitu neclatur. Sunt tamen Dd. in sponsalibus de præsentis solvendis aliquantò faciliores: vid. Dn. Thomaf. ad Strauch. *Disf. 2. th. 8. ibique alleg.* Mev. & Schilt. ita ut dicere possim, illas causas, per quas matrimonium consummatum dissolvitur, etiam dirimendis sponsalibus de præsentis sufficere, non autem vice versâ. Ita ob inimicitias irreconciliabiles solvuntur sponsalia de præsentis, quæ & votum religionis jure Can. solvit. *c. 1. c. 2. X. de Convers. conj.* vid. *sepius allegat.* Bruckn. *Decis. jur. matrim. c. 1. n. 59.* ubi more solito plures repudiorum causas enumerat, & magnum Dd. numerum addit; verùm quæ Consistoris nostris non adeò probantur.

SECTIO III.

De

Jure matrimonii momentarii propter sponsalia potiora.

§. I.

MAnifesti juris est, bina sponsalia non posse contrahi, & si qui contraxerint, illos ipsâ lege notari infamiâ *L. 1. ff. in fin. de his, qui not. infam.* Quid quod hæc infamiæ nota etiam ad illos extenditur qui cum talia jure impedire potuerint, non tamen impediverunt. *L. 13. §. 1. ff. Eod.*

§. II.

Neq; hunc solum, sed & alium insuper bina sponsalia pariunt effectum, ut altera vel tollantur ac definant, vel jure non subsistant. Non subsistant, quoties

* (17.) *

ries præcedunt sponsalia de præsentī: Desinunt sponsalia de futuro, si superveniant sponsalia de præsentī, uti communiter à Dd. affirmatur. Lauterbach.

pag. 440.

§. III.

Non tamen omni prorsus destituntur effectu sponsalia priora de futuro, sed tali casu omnino salva erit actio ad id quod interest, uti alias res posteriori vendita & tradita actionem ad id quod interest priori emptori non quidem aufert, tollit tamen actionem ad rem ipsam consequendam. *L. 15. C. de R. V.* Ulterius tenebitur pars nocens innocenti ad restitutionem omnium expensarum fortè in sponsalia & præparatoria nuptiarum factarum. Sic porro amittit arrhas in testimonium sponsaliorum forsan datas vel cum altero tanto restituit acceptas. Uti has & alias pœnas prolixè recenset. cit. Bruckn. c. 4. n. 72. 73. 74. usq. ad fin. cap. ibiq. in addition.

§. IV.

Horum ut causa appareat, videndum, quâ re sponsalia de futuro & de præsentī differant; jam enim in præfatione §. 2. dictum est, verbis, *Accipio & Accipiam* illa distingui non posse; & licet possent, non tamen iis verbis semper utuntur partes, sed plerumque aliis, quin pluribus sæpè verborum ambagibus, ut, sintne verba de futuro, an de præsentī, & discursui conveniat vox, *accipio*, an vox, *accipiam*, discerni nequeat. Sed & quamvis possent discerni, quis tamen in prolixo ferè loqvendi, persuadendi, amorem testandi, devinciendique studio, multoq; verborum honore, singulas vocum, quibus utuntur, apices memoriâ retinebit, & apud judicem repetet, ut is indè

C

inter-

internoscere ac decidere possit, an iis conveniat vox, *accipio*, an *accipiam*. Neque verò ad certam formulam sponsalia redacta sunt, sed nudo consensu fiunt, qui variè explicari, nec ad amussim duarum prædictarum vocularum exigi potest.

§. V.

Quin utraque formula, *accipiam*, & *accipio te in uxorem*, reapse unam eandemq; rem significat: nam nec vox *accipio* amplius quid infert quàm consensum, æquè ac altera; utraq; ergò pariter significat tantùm consensum habendæ uxoris, qui nihil aliud est nisi promissio ac voluntatis de uxore ducenda declaratio. Utraq; ergo consensum in præsens, consummationem in futurum significat.

§. VI.

Nec magis distingvi eo, quò recentiores solent, modo possunt, quòd sponsalia de futuro sunt in eventum, adeoq; sub conditione tacita vel expressâ fiant: sponsalia de præsentî purè. Nam conditio speciem negotii & conventionis non mutat, uti omnis conventio fieri potest vel purè, vel in diem, vel sub conditione, §. 2. *Inst. de Verb. Obl.* ita & sponsalia de præsentî sic contrahi, & sponsalia de futuro possunt, nec idèò miscenda aut confundenda est utraq; sponsaliorum species.

§. VII.

Porrò si sponsalia de futuro sunt, quibus conditio inest, qualia erunt, si conditio extiterit, vel dies venerit? Non equidem de futuro, quia conditio vel mora amplius non inest; sed eâ existente jam pura sunt, & retro perindè valent, ac si v. g. conditio nulla addita fuisset. *L. 8. pr. ff. de Peric. & comm. nec de*

* (19.) *

de præfenti, quia nec ea nisi consensu & conventione fiunt, qui nullus deinde denuò intervenit: priore enim conventione contracta sunt tantum sponsalia de futuro; postea verò nova conventio non accessit, quàm fierent sponsalia de præfenti. In quo adeò hærent, ut quidam existente conditione putent, adhuc sequi debere nova conventione sponsalia de præfenti; (sed qualia tùm erant sponsalia præcedentia jam purificata?) alii verò ipsa existentiam conditionis fieri de præfenti. vid. Thoming. *dec. 10. n. 7. & seqq.* Treutl. *vol. 2. Disp. 6. th. 6. D.* Sed sic evanescet sponsaliorum duplex species. Certum igitur est, non posse illa eo internosci, quod sponsalibus de futuro insit conditio, reliquis autem ea non insit.

§. VIII.

Sed &, cum ex sponsalibus de præfenti oriatur obligatio & vinculum conjugale, fecus ac ex sponsalibus de futuro *L. i. C. de Sponsal.* non potest planè hunc effectum atq; hoc discrimen parere conditio; nam pendente eà ex neutris nascitur obligatio; existente utraq; pura sunt. Unde ergo differentia illa obligationis?

§. IX.

Deniq; ex hac Dd. sententia non essent duo sponsaliorum genera, sed una eademq; sponsalia conditionalia pendente conditione essent de futuro, existente de præfenti: uti emptio conditionalis non duplex, sed una planè est emptio & conventio; ex quâ pendente conditione partes non obligantur, existente obligantur; quod planè remotum est à gemina sponsaliorum specie.

§. X.

Quod igitur per Canones, cum loco nuptiarum

C 2

novam

novam speciem sponsaliorum inducere vellent, adeo applicatione corruptum est, ut ad juris regulam restitueretur, certum imprimis est, sponsalia de presenti Canonum esse ipsissimas nuptias. Non aliter itaque differunt sponsalia de futuro & de presenti, quam iure Communi sponsalia & nuptia. Et nuptias quidem consensu partium fieri constat *L. 30. ff. de R. J. quod & iure Canonico certum est. c. 2. Et passim. caus. 27. q. 2.* Unde sponsalia quid à nuptiis differant, non difficile esse videtur; non enim in consensu & conventionem partium eorum ratio poni potest, quippe quæ nuptias facit non sponsalia.

§. XI.

Dicendum igitur quod res est, sponsalia originaria suâ naturâ non contrahi inter ipsas partes, seu sponsum & sponsam, sed cum sponsæ parentibus &c. Fuit enim ille perpetuus mos Romanorum, ne virgo se ipsam sponderet sponso, sed is, cuius illa curæ commissa fuit, ob verecundiam sexus. Quod ex Servio Sulpitio Jcto docet Gell. *lib. 4. Noct. Att. c. 4. Qui uxorem, inquit, ducturus erat, Ab eo Unde DUCENDA ERAT, stipulabatur: qui daturus erat, itidem spondebat: is contractus stipulationum sponsonumq; dicebatur sponsalia:* Et deinde, ait, actionem ex sponso contra eum, qui uxorem dare spondisset, nec dedisset, non verò contra sponsam processisse; nec iudicem condemnâsse sponsam, ut nuberet, sed spondentem, quanti interfuerat, æstimatâ lite, uxorem dare. Unde apud Plaurum semper parentes, cognati, aut tutores puellam promittendo sponsalia contrahunt, non ipsa puella *L. 4. C. de Sponsal.* Sic Enclio filiam Megadoro in *Aulular: act. 2. scen. 2.* Charmis suam Lyfiteli stipulanti pro-

* (21.) *

ti promisit in *Trinummi. act. 1. sc. 2.* Et alibi in *Curcul. act. 5. sc. 2.* Phædromus uxorem militis ab ipso marito stipulatur:

Spondesne miles mihi uxorem tuam? Spondeo

Sic apud Ovid. in *Epist. ad*

Promisit pater hanc &c.

Et apud *Terent. in Andr. act. 1. scen. 1.* Chremes gnatam despondet. Unde pactæ dicebantur, quæ pacto patris v. g. promissæ erant: ut Lavinia Turno; quo alludit Virg. *Æneid. 10. v. 27.*

Gremiis abducere pactas.

§. XII.

Hoc enim inverecundum sexui & maximè decere virgines visum fuit, se ipsas spondere viro, suoque pacto se obligare ad tradendum seipsas viro; tantiq; fuit hic verecundiæ puellaris cultus, ut cum Gentiles tum Christiani veteres ad religionem usque hujus moris retinentissimi & observantissimi, ac nefas visum fuerit, uxorem aliundè quàm à parentibus, vel qui curam ejus habuerunt, petere. Tractat hoc argumentum Ambrosius in *c. 13. XXXII. q. 2.* ubi agit: *Non est virginis pudoris eligere maritum*, adducto Euripide, apud quem in *Androm.* ita loquitur Hermione: *sponsaliorum meorum pater meus curam habebit: meum id non est arbitrari.* Unde hoc studiosè inculcat, *ut mulier electionem mariti parentibus deferat, ne appetentia procacioris existimetur autor, si ipsa de nuptiis suis electionem sibi vendicet.* Quod idem quoq; sancitur in *c. 1. verb. ab his, à quibus custoditur, uxor petatur. & cap. 4. verb. & à parentibus tradita. XXX. q. 5.* Quin in *l. 1. l. 20. C. de Nupt.* illi qui curam puellæ gerunt, adeo sibi jus eligendi ei maritum tribuunt, ut eligendo, cum plures

C₃

offer-

offerrentur proci, inter se contendant, cui eorum spondere puellam velint, illâ inconsultâ: in tantum, ut si convenire inter se non possint, jubeantur explorare puellæ quoq; arbitrium, & si adhuc illa cultu verecundiæ declarare illud nolit, judicem adire: His omnibus itaq; textibus abutuntur perperam illi, qui indè inferunt, matris & tutorum quoq; consensum in nuptiis requiri; cum ibi non tractetur quæstio, quorum consensus ad nuptias sit necessarius, sed à quibus puellam desponderi propter pudorem sexus conveniat: non ubi filius vel filia ab iis in quorum potestate vel cura est, sed ubi hi inter se dissentiant: non de substantia nuptiarum, quas illi, qui parentes vel tutores habent, contrahunt, sed de decoro & honestate sponsaliorum ex parte puellæ seu sexus fœminei.

§. XIII.

His igitur pro rei merito fusiùs expositis, in promptu jam est, certam sponsaliorum ac nuptiarum differentiam statuere, certisq; illa limitibus discernere. Sponsalia scil. contrahuntur cum sponsæ v. gr. patre, ipsâ consentiente vel non contradicente *l. 4. l. 5. l. 11. l. 12. ff. de Sponsal.* nuptiæ écontrariò cum ipsa sponsa consentiente patre: *princ. Inst. de Nupt. c. 2. XXVII q. 2.* In sponsalibus vertitur factum patris, se filiam locaturum nuptui spondentis; ex quo ille tenetur, si non elocet, ad id, quod interest. *Brisson. lib. de Sponsal. cap. 1.* In nuptiis autem ipsum conjugium, vinculum & factum sponsæ, quo ipsa obligatur ad ejus conjugii consummationem: quæ proindè eadem differentia est sponsaliorum de futuro & de præsentis; hæc enim sunt nuptiæ ipsæ.

§. XIV.

* (23.) *

§. XIV.

Etſi verò hæc genuina & originaria ſit ſponſaliorum de futuro indoles, ut à ſponſæ parentibus, curatoribus &c. non à ſponſa ipſa ineantur; non diffidendum tamen eſt, alio quoque ſenſu ſponſalia quædam de futuro cum ipſa ſponſa fieri poſſe, ut tamen ſatis diſcerni poſſint à ſponſalibus de præſenti: ſcil. cum in id tantum illa conſentit, ut de futuris nuptiis tractetur; Sie wäre zufrieden / daß über eine künſtliche Ehe: Verlöbniß oder Heyrath tractiret und gehandelt würde. Verum id potius nudi tractatus erunt, unde nulla obligatio vel actio ad id quod intereſt, nec ullus alius effectus oriri poteſt, quàm arrharum, ſi quæ fortè interim datæ ſunt, & deinde alterius facti nuptiæ non ſecutæ, diſpendium aut in duplum reſtitutio. *L. 1. L. 5. C. de Sponſal. arg. L. 17. verſ. Illud etiam C. de ſid. inſtr. & in princ. verſ. ita tamen Inſtit. de Empt. & Vend.*

§. XV.

Hac itaq; ratione itidem evidenter diſcerni utraque ſponſalia poſſunt, ſcil. quod alia ſiant conſenſu in nuptias, alia in tractatus de nuptiis. Id verò neutiquam dependet ex verbis, *accipio, & accipiam in uxorem*, uterq; enim conſenſus in nuptias eſt, ſed nec conditio formam dat his ſponſalibus, cum ſcæmina purè conſentiat in tractatus nuptiarum non ſub conditione, nec in eo conſenſu, ut tractetur de nuptiis, ulla conditio continetur, ſivè expreſſa ſivè tacita. Atq; ita ſponſalia de futuro erunt, quibus vel pater filiam deſpondet, vel ipſa conſentit in tractatus nuptiarum, non nuptias.

§. XVI.

* (24.) *
§. XVI.

Sic verò discretis sponsalibus verissima est Dd. sententia, quoties inter ipsos sponsum & sponsam fiunt sponsalia, in dubio præsumi sponsalia de præsentis. *c. 26. X. de Sponsal. Beust. de Sponsal. cap. 9.*

§. XVII.

Atq; hinc porrò jam manifestum est, cur sponsalia de præsentis semper præferantur aliis de futuro, *cap. 22. c. pen. in fin. X. de Sponsal.* scil. quia ex his non potest conveniri sponsa ad consummandum matrimonium, *L. 1. C. de Sponsal.* Sed pater ad elocandum, vel id quod interest præstandum. Adeò igitur sponsus de præsentis, etsi posterior, præfertur sponso de futuro, ut in ipso conjugii cum sponsa initi negotio, non tam potior quàm solus sit. *arg. l. 2. in fin. ff. Qui pot. in pigu.*

§. XVIII.

Neq; excepti sunt casus, nisi quibus sponsalia de futuro migrant in sponsalia de præsentis: quod fit secuta cohabitatione: per eam enim factò ipso sponsa consummantur sponsalia, fiuntq; matrimonium: *c. 5. c. 6. X. de Condit. appof. c. 15. X. de Sponsal.* neq; enim videri potest sponsa ideo in copulam consentisse, ut relictis sponsalibus se prostitueret sponso, & cum ut uxor cohabitare possit, meretricio magis more concumberet, & meretricem se quàm matremfam. sponsi mallet; sed animo potius implendi quæ præceserant sponsalia, consummandiq; quod sponsione promissum fuerat, matrimonium.

§. XIX.

Unde constat, si utraq; sponsalia sint de præsentis, priora præferri: *cap. pen. X. de Sponsal. c. 1. de Sponsal.*

sal. duor. Berlich. part. 4. concl. 28. n. 63. iis enim semel vinculum conjugale inter sponsum & sponsam ipsam contractum, & semel jus conjugii sponso quæsitum est; ut proinde nec vinculum illud semel contractum solvi, nec jus semel quæsitum auferri amplius sponso possit.

§. XX.

Cæterum dubitatur, an hoc idem obtineat, etsi posteriora sponsalia consummata sint per copulam corporum? Equidem ex rationibus Canonum, & quæ hæcenus deducta sunt, causis, dicendum omninò est, priores adhuc præferri: idq; expressè quoq; ita decisum est *in c. 3. c. fin. X. de Spons. duor. c. 30. c. 31. X. de Sponsal.* cum enim prioribus sponsalibus de præsentem verum contractum sit conjugium, non potest, si quis cum alia deinde cohabitaret, id non pro adulterio vel bigamia haberi: adeoque posteriora sponsalia de præsentem, consummata concubitu, adulteria & bigamiæ sunt non conjugia: nec liberi inde nati legitimi. *Beusten. de Sponsal. cap. 10. Carpz. Jurispr. Consist. lib. 2. def. 65. n. 4. 10. u. Berlich. d. concl. 28. n. 65. & seqq. Thoming. Cons. 57. n. 59.* Nec in dubium quidem id venire debet, si prior sponsa urgeat impleri sponsalia, & horum posterior sponsa conscia sit: non enim adulteri ipsi agere possunt ad dirimendum matrimonium contra innocentem conjugem. Cæterum quoq; est econtrariò, si prior recipere adulterum nolit, uti nec tenetur, posteriora rata esse. *Carpz. d. l. def. 65. n. 5. Beust. d. l. Berlich. d. l. n. 69.* Superest itaq; dubium, si prior recipere velit, & altera verò incia priorum bona fide contraxerit ac consummaverit sponsalia, an adhuc priora præferenda sint? Quod ex prædictis & ex in-

D

solu-

solubili illo conjugii vinculo, quod Canones statuunt, omnino sequitur. Verum id nimis iniquum videtur, & cum summa injuria partis infantis, quæ bona fide egit, ejusq; liberorum, qui fortè jam inde concepti vel nati sunt, conjunctum. Unde in multis Evangelicorum consistoriis magis receptum est, ut hoc casu posteriora consummata præferantur. D. Text. *Prax. Jud. p. 2. cap. 7. n. 59.* Quod eò lubentius recipimus, quia insolubilitas illa vinculi ex solo consensu, quæ jure Canonico statuitur, à veterum Christianorum quoq; Imperatorum constitutionibus æq; ac ab ipsâ nuptiarum ratione naturali recedere videtur.

§. XXI.

Aliud autem esse, & posteriora sponsalia de præfenti præferri, si priora clandestina sint, satis inter omnes convenit. *c. 2. X. de Clandest. spons.* Verum si his accesserit consuetudo corporum, hoc ipso potiora fiunt, & in matrimonium transeunt, quod moribus receptum est. *Beusten. d. tr. cap. 14. Richt. Dec. 8. n. 88. & seqq. Carpz. d. lib. 2. def. 36. & 69.* Quod quidem mirum videtur, si cum Dd. statuamus, clandestina sponsalia planè nulla, nulliusq; efficaciam esse. *Carpz. d. lib. 2. def. 33.* Quod enim non est non potest per copulam confirmari vel consummari, nec copula carnalis extra sponsalia videri justum esse matrimonium. Unde omninò probabilior videtur eorum sententia, qui docent, sponsalia sine testibus contracta non penitus nulla, sed publica saltem iis potiora esse. *Beusten. d. cap. 14.* Si tamen probari possint, v. g. per confessionem, scripturam &c. obligari partem, alterà id urgente, ut publicè ea repetat, per *c. 1. c. 2. X. de Clandest. spons.* modò alia sponsalia publica interim non intercesse-

cesserint; horum enim, quippe potiorum, interven-
tu omnis clandestinorum vis intercidit, ut dictum.
Quòd itaq; in Electoratu Saxonie nullam penitus vim
habere dicuntur, id ex speciali constitutione est. vid.
Beuffen. *d. rr. de Sponsal. tit. 13. § 27.* Unde eò jure
difficilius solvitur memoratus antè scrupulus, nec a-
liter quàm eà ratione, quòd multa, quæ impediunt
matrimonium contrahendum, non dirimant contra-
ctum: quod tamen regulariter fallit.

§. XXII.

Quæ verò potiora erunt, si altera sint de præ-
senti clandestina, altera de futuro? Equidem ex ra-
tione juris communis clandestina de præsentis præse-
rentur, cum aliqua inde obligatio sit ad publicè ea re-
petendum, & matrimonium consummandum; ex
sponsalibus de futuro verò nulla nisi ad id quod inter-
est: de quo hic non quæritur, sed de effectu conju-
gii, qui proinde in clandestinis de præsentis potior est.
Verùm jure Saxonico dicendum erit, alterum altero
potius non esse, quia ex neutra specie sponsalium a-
digi potest ad implendum conjugium, sed saltem ex
sponsalibus de futuro ad id quod interest, vel ad ar-
rhas retinendas aut cum altero tanto recipiendas.

§. XXIII.

Alio autem sensu clandestina dicuntur, quibus
deest Parentum, quorum jure requiritur, consensus,
& quæ proinde nulla penitus atq; invalida sunt: cer-
tiq; omnino juris est, nec convalescere ea, etsi con-
cubitu consummata sint, uti disertissimè decisum est
in *§. pen. junct. princ. Inst. de Nupt.* Neq; verò quic-
quam in contrarium facit *l. 1. §. fin. ff. de lib. exh.* quæ
Interpp. imposuit: Non enim illa agit de patre, qui
D 2 nuptiæ

nuptias contrahendas impedire, sed semel legitimè contractas turbare ac dirimere voluit. Verùm, cùm jure Canonico consensus ille parentum ad constitutionem matrimonii non sit necessarius, *c. 6. X. de Rapor. c. 6. X. de Condit. appof. vid. Harppr. in princ. Instit. de Nupt. 98. Et n. 107.* & jure quoq; naturali ille magis pietatis & honestatis sit, quàm necessitatis; Grot. *de J. B. Et P. lib. 2. c. 5. §. 10.* id quoq; usu Consistoriorum Evangelicorum ita temperatum est, ut dissensus parentum impedire quidem contrahenda matrimonia, non autem dirimere contracta & consummata possit. Wesenbec. *ff. de Rit. nupt. n. 3. in fin.* Carpz. *Jurispr. Consist. lib. 2. def. 60. n. 13. Et seqq. Richt. Dec. 8. n. 55.*

§. XXIV.

Nihil verò híc mutat benedictio sacerdotalis; sed, etsi ea posterioribus accesserit, tamen priora præferentur, idq; ex prædictis inevitabili consequentiâ ultro fluit. Atq; ita rectè quoq; sentit Carpz. *Prax. Crim. p. 2. quest. 67. n. 57. Et 58.* A qua sententia cùm recesserit in *Jurispr. Consist. lib. 2. def. 66. n. 7.* ubi ipse id significat, non tam miramur, quod sententiam mutaverit, id enim cordati est Jcti, si meliora videat, exemplo Papiniani in *l. 6. in fin. ff. de Serv. export.* sed quòd tam frigidis argumentis commotus fuerit.

§. XXV.

Ut verò, quod pace Jcti præclarissimi dictum volumus, quàm ea sint elumbia, appareat, certum imprimis est, sponsalia de præsentì ex jure Canonico idem esse quod sunt nuptiæ: sunt enim illa consensus præsens in uxorem, uti ex formulâ, *accipio te in uxorem*, qui consensus facit nuptias: Atq; adeò sponsalia publica de præsentì & nuptiæ, naturâ, formâ, ac ten-

substantiâ suâ sunt prorsus unum idemque, & æqualiter differunt à nuptiarum consummatione; quæ omnia hæcenus demonstrata, jure certa, ac apud ipsum Carpz. alibi sæpe in confesso sunt, adeo ut propterea effectu quoq; indissolubilis vinculi ea convenire statuat. vid. Carpz. *d. def. 66. n. 9. & loca ibi alleg.* Unde sanè sequitur, si is, qui ita sponsalia publica de præfenti, seu nuptias, contraxit, alii deinde fidem conjugii det, & tum cum ea cohabitet, id verum esse adulterium vel bigamiam: quod iterum fatetur Carpz. *d. lib. 2. def. 65. n. 4. & n. 11.* An verò adulterio, an bigamiæ accedere potest benedictio sacerdotalis, vel, si accesserit, an valet? An sceleris, an criminis est benedictio? An possunt flagitia autoritate sacrorum corroborari? Hæc vix sine blasphemia cogitantur. Et, cum agnoscat Carpz. *d. def. 65.* sponsalia posteriora, quibus jam copula carnalis accessit, non valere contra priora, multò minus valebunt, si saltem accesserit extrinseca solennitas.

§. XXVI.

Neq; ullius momenti sunt quæ in contrarium afferuntur *d. def. 66. n. 10. & seqq.* Ait I. etsi insolubilis vinculi effectu convenient; non tamen eo consensu matrimonium planè perfici, nec sponsalia ista verum matrimonium esse vel dici, exemplo emtionis, quæ traditione consummanda est &c. Resp. Confundi perfectionem nuptiarum essentialem & consummationem. Consensu de præfenti tota nuptiarum essentia plenissimè perficitur; imperfectæ enim nuptiæ non sunt nuptiæ, nec potest inde insolubilis vinculi obligatio oriri: *arg. §. pen. in fn. Inst. Quib. mod. test. inf.* Reliqua non ad essentiam, sed ad consummationem seu executionem

nuptiarum saltem pertinent: idq; ipso emtionis, quod allegat, exemplo docetur. Negatur II. benedictionem sacerdotalem successisse in locum deductionis in domum: nam nec hodiè decorum est, ut sponsa privatim domum ac thalamum sponsi adeat, sed honestè adducitur: & hodiè adeò duo distincti illi actus sunt, & differunt, quòd deductio ad executionem nuptiarum pertineat, benedictio ad solennitatem; uti semper ritus ecclesiastici, quando actui civili accedunt, tantùm ad ejs solennitatem majoremq; autoritatè pertinent; uti Romani omnia negotia sua gessère præmissis sacris & auspiciatò. Liv. lib. 38. c. 48. Idq; vel inde patet, quia, etsi patre mortuò benedictio adhiberi non possit, liberi tamen indè nati habentur pro legitimis, adeoq; ex justis nuptiis nati videntur, etsi benedictio ob mortem sponsi non fuerit secuta. vid. D. Struv. *Synt. jur. civ. Exerc. 29. th. 26.* Negatur III. deductionem in domum ad substantiam matrimonii requisitam fuisse: ad quam non magis pertinuit, quàm traditio ad substantiam emtionis; sed tantùm ad executionem; & miscetur perpetuò perfectio essentialis cum consummatione seu executione. IV. Miror stari iudicio Mentzeri, qui nimia juris imperitià confundit nuptias & matrimonium consummatum, & manifesto errore asserit, sponsalia præcedere nuptias, si, ut Carpovius eum accipit, sponsalia de præsentì intelligit. Ait V. duo vincula fortius ligare quàm unum. Resp. Duo vincula juris seu legitima ligant, non crimina ac flagitia, uti sunt posteriora sponsalia: scelera non sunt vincula juris, nec ligant nisi ad pœnam. Ait VI. Ex trina proclamationis formulâ arceri priorem sponsam, si interim non contradixerit. Resp. Ad solennia

nia nuptiarum tantum proclamatio publica requiritur, eaq; sola jure Canonico constituta & introducta est, non verò etiam exclusio prioris: nec formula illa, und schweige hernach/ vel jure Canonico, quo in nuptiis utimur, & unde ritus iste ortum trahit, vel ulla ordinatione Ecclesiastica sancita est, sed solo arbitrio privato ac more Sacerdotum addi solet. Et sanè, aliàs idem dicendum esset, si maritus uxore suà, cum qua consummatum est matrimonium, desertà, sponsalia contraxerit cum alia, & processerint è suggestu banna: non enim possèt uxor maritum repetere post proclamationes, quippe exclusa per formulam, und schweige hernach/ sed adulterii & bigamiæ consummatae potiore causam fore: quod nemini hæcenus in mentem venit. Et, cum nemo excludi ab actione sua in contumaciam possit, nisi judicialiter à competente iudice peremptoriè ac ritè citatus contumaciter non paruerit; hoc casu neq; iudicium, neq; iudex competens, neq; peremptoria citatio, neq; iusti termini, neq; ullus legitimus processus apparet, neq; denique contumacia erit, si non probetur ad uxoris notitiam pervenisse proclamationem: quod rarò fiet, quia adulter seu bigamus uxoris intercessionem veritus id agere solet, ut aliis in locis ab uxore remotis proclamationes peragantur. Fiunt igitur istæ, ut prior sponfa facilius resciscere sponsalia, ac maturius & re integra intercedere possit, non autem ne postea non possit, ut apparet *ex c. 3. in princ. X. de Clandesst. Sponsal.* Ait deniq; VII. Scandalo fore, si dirimerentur sponsalia, quibus benedictio accessit. Quasi verò non magis scandalum sit, dirimere sponsalia priora iusta, quæ Deus ligavit, quàm posteriora, quæ scelere & flagitio contracta sunt, & quibus profanatur benedictio.

Porro nec jusjurandum hæc jura regulariter immutare videtur. Sive enim sponsalia de futuro priora jurata sint, potiora tamen erunt sponsalia de præsentibus posteriora & injurata: quia prioribus satisficit præstando id quod interest, & sponsa per posteriora, non per priora, conjugio obligata est. *sup. §. 11. Et seqq.* sive posteriora sponsalia publica de præsentibus jurando vallata sint, adhuc præferuntur priora de præsentibus, quia jus priori sponsæ quæsitum adimi ipsi facto ac juramento alterius non potest. Covarruv. *ad tit. de Sponsal. p. 1. c. 4. n. 3.* sive sponsalia de futuro posteriora sint jurata; ex neutris enim est vinculum conjugii, sed actio saltem ad id quod interest, vel nudus tractatus, de quo supra. Id tamen agendum est, ut is, qui juravit, potius impleat, si possit, jurata quam injurata, atq; ita evitet perjurium. Sive deniq; clandestina sint jurata; publica adhuc præferuntur, uti sentiunt Beuffen. *p. 2. de Matrim. cap. 48.* Carpzov. *Jurispr. Consist. def. 58.* Quamvis tutius conscientibus existiment, ut jurata consummentur. Neq; verò, quæ parentum debet esse in liberos pietas, ei congruit, ut dissensu suo illorum onerent animas perjuriis; imprimis cum existimemus, parentum consensum solo jure civili esse de necessitate matrimonii, juramentum autem defectus civiles supplere jure Canonico notissimum est. Idq; indubiè statuendum videtur, si sponsalia ideò clandestina dicuntur, quia testibus carent, probari tamen possunt. Neq; adeò hic allegari potest regula, quòd jusjurandum non debeat esse vinculum iniquitatis: quia ea fallit in iniquitate juris Civilis seu positivi. Sanè posset esse tam æqua

dissen-

diffentiendi causa parentibus, ut in sententiam Beu-
fii & Carpz. haud difficulter descenderemus. Conf.
Tulden. *C. de Sponsal. n. 5.*

§. XXVIII.

Disceptant quoq; si utraq; sint de praesenti, sed
priora conditionalia, quænam potiora? Et quidem
Schneidw. *ad pr. Inst. de Nupt. rubr. de Sponsal. part. 1. n.*
37. & Beust. *part. 1. de Sponsal. cap. 19.* ideo pura praefe-
runt, quod conditionalia vim habeant sponsaliorum,
de futuro, quod jam refutatum est, & improbatum
quoq; Carpzovio *Jurispr. Conf. lib. 2. def. 70. n. 9.* Ipse
verò idem, sed ex alia ratione sentit, scil. quod pura
sint revera priora, quippe nondum existente condi-
tione contracta, quæ, antequam existat, nihil ponat actu
esse; nec retractionis legem hic sufficere, cum
ea præjudicare non possit sponsalibus interim pure
contractis, quibus altera jam sublata sint, adducto We-
senb. *ad Schneidew. d. l.* Verùm hæc notissimo jure
pugnant cum natura conditionis.

SECTIO IV.

De Conjugio in articulo mortis contracto.

§. I.

AN possit contrahi matrimonium in articulo mor-
tis, dubitatum est inter Dd. cum expressè do-
ceatur *in l. 20. ff. de Fur. dot.* in illo momento mor-
tis desinere matrimonium. Tantum igitur abest, ut
tum, quod non fuit, incipere possit matrimonium, ut
etiam quod fuit & dudum antè cæpit, in illud mor-
tis momentum desinat. Et, cum matrimonium con-
sistere nequeat ubi nulla spes liberorum superest, *l. 11.*

E

§. licet.

§. licet. C. de Nat. lib. non videtur matrimonium esse, quod contrahitur in confinio mortis & vitæ, ubi spes vivendi, nedum procreandi liberos evanuit.

§. 2. Verum facile dubium hoc omne solvit illa, quæ *sect. 1. th. 5.* tradita est, articuli seu momenti mortis distinctio. Si enim accipitur in individuo seu puncto temporis, ut Mathematici solent, ut intelligatur illud ipsum momentum quo quis moritur, contrahi in eo matrimonium non potest: nec absque pugna est, eo momento contrahere nuptias, quo omnis agendi facultas extinguitur. Et de eo est *d. l. 20.* ubi verba, *cum morieris*, significant momentum illud, quo quis vitâ abit, ac vivere desinit; ut meritò id dicatur momentum illud, quo conjugium amplius non est.

§. 3. Quodsi verò accipitur articulus mortis cum quadam latitudine, *vid. d. sect. 1. §. 5.* nihil impedit quò minus matrimonium contrahi possit, modò justa sit latitudo, seu tanta ut intra eam quæ necessaria sunt ad nuptias explicari possint: cum periculum mortis imminens facultatem consentiendi non auferat; consensu autem nuptiæ fiant. *l. 30. ff. de Reg. Jur.*

§. 4. Tantò minus igitur obstat ratio ex *l. 11. C. de Nat. lib.* desumpta, ubi spes tollendæ sobolis requiritur, quæ in articulo mortis cessat. Nam nec verum est spem omnem sublatam esse; cum in hoc, quem hic intelligimus, articulo mortis, impossibile non sit ægrum convalescere. Nec agitur ibi de nuptiis in genere, sed de iis quæ vim legitimandi filios naturales habent. Sed nec in his tamen spem sobolis necessariam esse arbitramur; neque *in d. l. 11.* eam ut requisitum afferri, sed ut responsum ad sententiam eorum, qui putabant, per nuptias liberos antè editos

editos non fieri legitimos, nisi postea quoque liberi
 justi nati fuerint: quod rejicit Imp. & iustificare ait,
 quod affectio mariti & spes sobolis fuerit: hoc enim
 additur, quia regulariter spes prolis est ex nuptiis;
 non verò semper & necessario: nam & spadones con-
 trahere nuptias possunt, & decrepiti, vel notoriè ste-
 riles, *l. 30. §. fin. ff. de Jur. dot.* quibus nulla expectatio so-
 bolis: sed & subsistunt nuptiæ, etsi impotentia gene-
 randi supervenerit; *c. 1. c. fin. Et tot. tit. x. de Frigid. Et
 malef.* quibus, si liberos naturales habeant, benefici-
 um legitimandi per nuptias prorsus auferretur.

§. 5. Diximus, talem latitudinem in articulo mor-
 tis requiri, ut necessaria nuptiarum peragi possint:
 Quidsi igitur mors prævenit benedictionem Sacer-
 dotalem? Nuptiæ tamen ratæ erunt, quia solennita-
 tem illam ecclesiasticam ad constitutionem earum non
 pertinere supra jam ostensum est.

§. 6. Quin & nuptiæ valebunt in articulo mortis
 contractæ etsi vir absens sit, & per literas vel nunci-
 os consensum declaret. *l. 5. ff. de Rit. nupt.* Idemque
 dicendum erit si femina absens sit. *l. 6. ff. eod. tit.* Nec
 adversatur *d. l. 5.* quæ non de constitutione nuptiarum,
 sed deductione in domum agit: hæc enim cum indo-
 mum mariti fieri debeat, absens uxor duci nequit,
 præsens absente viro in ejus domum potest. *d. l. 5.* Nec
 verò deductio in domum apud Romanos pertinuit
 ad formam nuptiarum, *l. pen. pr. ff. de Don. int. vir. l. 22.
 C. de Nupt.* sed ad executionem vel consummationem;
 scil. ad actum cohabitandum; non enim, quæ apud
 Romanos cura verecundiæ sexus fuit, femina adiit
 ultrò virum, sed honestè deducta in ejus domum fuit.
de quo sup. Nec movet, quod donatum sub conditione,

si nupserit, non aliter debeat, nisi deducta in domū fuerit. *l. 24. C. de Nupt. l. 6. C. de Donat ant. nupt. l. 15. ff. de Cond. & dem.* Id enim non inde est, quòd sine deductione non sint nuptiæ; sed ex mente donantis, cui non intelligitur satisfacisse quæ tantum consensit in nuptias, nisi & in domum viri deducta sit; ut hoc nuptiarum implemento plenè implevisse conditionem videatur; cum & antea ferè dubium maneat, sponsalia sint an nuptiæ. *d. l. 6.*

§. 7. Sed &, licet dotalia instrumenta non accesserint, valebunt nuptiæ in articulo mortis contractæ; etsi adversari videantur textus *in l. 10. l. 11. C. de Nat. lib. §. fin. Inst. de Nupt. &c.* Observandum enim est, (1) Per instrumenta dotalia intelligi nuptialia; nam & promiscuè ita dicuntur *in d. l. 10. d. l. 11. Nov. 74. pr. c. 4.* & dotalia vocantur, quia plerumque dos constitui solet; estque ea certum nuptiarum indicium. (2) Hæc instrumenta nuptialia requiruntur non ad rationem nuptiarū, sed ad probationem, nec nisi in iis nuptiis per quas legitimatio petitur: cum enim totum hoc pendeat ab affectu viri, concubinæ an uxoris loco habere velit, difficulter id dignoscitur ac probatur, nisi scripto comprehensum fuerit: testes verò nec sufficiunt ad perpetuam probationem, & metuitur, ne commiseratione filiorum naturalium falso testentur, quemadmodum ea ratio additur
in d. Nov. 74. c. 4.

F I N I S.

ERRATA. Pag. 7. pro Creditor lege Debitor. Pag. 10. §. 2. pro cap. 6. l. 3. pag. 15. §. 13. pro Cum & leg. ut.

NOBILISSIMO & CLARISSIMO CANDIDATO,
SAMUELI FRIDERICO SCHULTZIO SUO,
P R Æ S E S.

S. D.

Tristis fuit Nobis Summi Viri, Patris Tui, Candidate Claris-
sissimi, cum viveret, Excellentissimi, & Collegæ exoptatissimi
memoria, cum morte ereptus esset; triste desiderium, cum
reddi non posset. Illam retinet Nominis, hoc levavit Me-
ritorum paritate, dignissimus in Officio Successor. Tu, Clar.
Candidate, & nominis paterni & sanguinis heres, ipsum
Parentem quasi superstitem refers. Nulla igitur atas vel ob-
scurabit memoriam Schulzii, vel feret desiderium; cum
unius loco duo Schulzii & illam aternent, & hoc expleant;
alter celebritate fama; alter, quam jam implere incipit, spe
& expectatione; ille publicè, hic domi. Id verò age, Clarissime
Candidate, ut conjugii quoq;, non, de quo scribis, momentarii,
sed, quod animo votoq;, præcipis, perennaturi felicitate pa-
ternum nomen non conserves sed augeas, atq; ita omne adum
paterno tuoq;, adjicias. Acclamo, Feliciter! Prid. Kal.
Quintil. MDCCCL.

SCHULTZIUS insequitur functi vestigia Patris,
Et Legum in templo quaerit honoris iter.
Post varios luctus & sæva incendia villæ
Non tamen inceptam definit ire viam.
In Themidis Cathedra victricibus utitur armis:
Mox cingent meritum PALMEA SERTA caput.

Clarissimo atq;, Doctis. Candidato Fautori & Ami-
co suo plurimum colendo, hoc exiguo verborum
complexu at prolixiori affectu gratulatur,

MARCUS Rhode/ D. Cod. Just. P. P.
Ord. & Facult. Jurid. Senior.

F

Gutta

Gutta cavat lapidem, labor improbus omnia vincit,
Et patet audenti cuivis ad astra via.
In Patris ingenium, Patrias succedis in artes;
Ergò manet meritò Te quoq; Patris Honos.
SCHULTZ sic verè vivet post funera Virtus,
Et Patris in Nato Fama superstes erit.

*Clariss. Dn. SCHULTZIO amorem suum
prolixumq; affectum testaturus hacce
boni omnis ergò apponere voluit*

TH. Siegr. King / D.

Cunctarum est primum vigilare in tempore rerum:
Momento pereunt Res redeuntq; suo.
Accidat in puncto, quod non speratur in anno;
Momentis favcat forma decusq; Tuis.

*Non momentaneam sed perpetuam decoris
Doctoralis jam imminentis, mox forma
i. e. ornata animi, corporis & facultatum
dotibus Thori socia obtinenda possessionem &
felicitatem, carmine hoc brevi nec meditato,
sed quod amor Tui momento expresit,
Tibi Clarissime Domine Candidate, casta,
pura & sincera mente precor*

JOANN ^à SCHULTZ SZULECKI

Momen-

Momento morimur, momento nascimur omnes,
Spiritus in cunctos momento spargitur artus.

Idem momento quoq; deserit omnia membra.

Momento scopulos ardentia fulmina findunt.

Virginitas momento à conjugè fracta dehiscit.

At non conjugium momento abrumpitur uno,

Non nisi festinet livens divortia Clotho.

Tu tamen, ô SCHULTZI, certamina docta ciebis

Hoc de conjugio, quod contrahit æger acerbæ

Mortis in articulo cum mæsta uxore maritus,

Cum rogos & thalamus tempus referuntur in unum,

Et face funerea miseretur teda jugalis.

Flebile conjugium semper vitare memento,

Quod lachrymas poscit, Veneris quod gaudia nescit,

Quod Paphias atra myrios violat cyparissò,

Quod tristes agitat questus, nullos Hymenæos.

Quippe brevi pariter momento fitque peritque,

Osculaq; infigit moribundis frigida labris.

Quin potius charos felix imitare Parentes,

Quorum conjugium longos duravit in annos,

Fœcundumq; torum decoravit prole frequenti,

Cujus adhuc septem pulcherrima pignora restant,

Plura latent rumulis. Tedas Tibi pronuba Juno

Præferat, & crebra faciat Te prole Parentem,

Et pro momentis brevibus Tibi secula necat.

Sit procul articulus mortis, dulcesque benigna

Gratificante toro repetat Lucina labores,

Donec canities tandem & longæva senectus

Exhaustam venerem & lasum declinet Amorem.

*Ita alludere ad disputationem, & gratulari
de ea voluit*

MICHAEL RHODE, J.U.D.
& P.P. Ordin.



Redde *Patrem* nobis, atque asere Jurepe-
riti

Veri & felicitatis Nomen, AMICE, Tibi.
Sic *Fortuna* Tibi faveat; sic *Fama*, Parentem
Te nobis celebrem reddere, vera ferat!

*Excellentissimi Jcti, Affinis desideratissimi
Filio optimo, affectum officiumq; te-
staturus scrib.*

IRENÆUS VEHR, D. Archiater
Regius, & Med. Prof. Ordinarius
Senior.

Corporis haud tantum SCHULTZI Dilecte,
bonorum

Succesor, Magni discipulis esse Patris:
Sed famâ ut referas quondam ac Virtute Pa-
rentem,

Et Heres celebris Nominis ipse fies,
Huc intendisti valido conamine Nervos,
Hæcce Tibi semper cura suprema fuit.
Confirmat, quam nunc proferis, Tua pagina
docta,

Qua thalami abrupti Jura Sacrata refers.
Gratulor his ausis, jamjam Tibi Laurea Serta,
Tempora quæis cingat, necit amica The-
mis.

Præmia, quæ Virtus & grata Modestia, morum,
Et labor assiduus, commeruere diu.

His

His meritis jungat, voveo, Venus Alma Co-
ronas,
Deliciisq; suis gaudia mille creet.

Gratulabundus scripsit

PETRUS CHRISTOPHORUS VEHR,
J. U. D. & Profesf. Publ. Extraord.

Momento thalamus constat meretricius
uno:

Justum conjugium longius esse solet.
Tu tamen hic etiam, SCHULTZI, describere ten-
tas

Legitimum thalamum, qui breve tempus
habet.

Dii meliora piis, *momentumq;* hostibus illud!

Articulo mortis non bene surgit Amor.

Nunc vitæ articulus, nunc floret crispa juvenus,

Uttere temporibus; calva senecta venit.

*Ita gratulabundus Clariss. Dn. Candi-
dato accinnit*

CONRADUS BUCHIUS, D.
Univerfitatis Syndicus.

Conjugium magni momenti jure vocatur:
Quæ tamen ex illis Jus momentanea dicit?
An, quia momentum momentum con-
tinet omne?

F 3

An,

An, quod momentum momentum saepe requi-
rat?

Conjungam causas: momentū poscis utrumq;
Quod poscis, facies, verbis respondeat actus.
Momento fiant aliquot meditata per annos.
Sic sunt Annorum tua momentanea facta,

Carminē minimi momenti Momentaneo

Conjugio Dni. Licentiandi applaudit

JOH. HÆNFLER.

Sonnet.

S kan ein Ackersman sich seiner Saat
erfreuen /
Wenn vielfach bringt die Erndt zurück in sei-
ne Scheun /
Was einzeln er vorher mit Müß gestreuet
ein;
So kan ein Musen-Sohn des Fleißes Früchte
menen /
Und die vergangne Zeit darff Ihme nicht ge-
reuen /
Ob gleich / wie da der Pflug / das Buch hat
müssen seyn
Die lange Weil hindurch sein Zeitvertreib
allein /
Wenn um sein Haupt die Ehr nur läßet Bluh-
men streuen.
Wer

Wer wil denn sagen wol / da sichs mit Dir
so schickt /
Daß Deiner Mühe Lohn ein jeder nun eräuet /
Indem die Musen Dir zu Deiner Hochzeit
Glanz
Schon heute bieten an den höchsten Doctor-
Kranz.
Das Jugend / Zeit und Fleiß nicht schöne Erndte
zeigt ?
Genieß denn Deiner Frucht / es geh Dir stets
beglückt !

Dieses wünschet wolmeinend

J. C. S.

Du Dornen pfeget oft ein Rosenstock zu blühen /
Durch Arbeit stund erhöht Colossens stolze
Pracht /
Es kan kein Jason eh'r das güld'ne Fließ beziehen /
Bis Er durch Mühe sich des Raubes
Sieges wehrt gemacht /
Du hast / hochwerther Freund / durch Müh' auch einge-
sogen /
Was vor Tribonian und Grotius gesetzt /
Es hat Minerva dich als ihren Sohn erzogen /
Die Themis hat bey Dir die Weißheit eingeäht.
Drumb soll Dein Ruhm auch noch zum höhern Gipfel
steigen /
Die Musen bringen Dir der Künste güldnes Fleiß /
Es

Es wird des Vatern Geist in Dir sich doppelt zeigen/
Dein Fuß betrete stets ein Freuden-Paradies.

*Dieses hat dem Herrn Auctori als seinem hoch-
werthen Freunde glückwünschend hinzu fügen
wollen dessen Dienstbereitwilligster*

JOHANN ANTHON LENNICH,
Hammona Marco Westph. J. U. C.

Quam bene, care premas magni vestigia
patris
Hæc de connubio pagina docta docet.
Schultziadum candor doctrina ac aurea virtus
In te fat claris ignibus ecce! micant.
Omen adest horum splendori laus tua quon-
dam

Viribus aucta novis adjiciet cumulum.

*Hæc scribit non ut debuit sed ut potuit in
candidi pectoris signum*

DETH. HÜPEDEN, Brem.

Die Perle/ so bissher die Tugend zugericht/
Und die ein schöner Fleiß der Sinnen hatt
geböhren/
Bricht durch Alstræen Hand/die Sich Ihr hatt
verschworen/
Nun ihrer Mutter Schoß und gehet an das
Licht.

Es

Es dringet durch den Flor der Nacht ihr
 heller Schein/
 Und will nun länger nicht im Purpur seyn ver-
 graben;
 Weil Themis ihren Schnee durchaus zum
 Schmuck will haben/
 Und sie ein Kleinod soll in ihrer Krone seyn.
 So strahle denn beglückt/ verdoppele die
 Pracht/
 Und bleibe ewiglich ein Preis der Castalinnen:
 So wird/mein werther Freund/sein lob-
 liches Beginnen/
 Der Welt mit tausend Lust stets werden
 kund gemacht.

In diesen schlechten Zeiten wolte seinem
 angenehmen Freunde die obliegende
 Schuldigkeit einiger maßen erweisen
 dessen allezeit gehorsamer Diener

A. J. H. CHRIST, Opp.

Was hilffts mit Masquen stets verdeckt einher
 zugehen/
 Welch Kluger hat sich klug bey stiller Ruh
 erzeigt/
 Es kan nie ein Gemüth in gleicher Schänure stehen/
 Das nicht durch freyes Thun zum Ehren-Sipfel
 steigt.
 Drum zeigt dein muntreer Geist/ wie du dich hast be-
 mühet/
 Auff einen reinen Grund zu bauen deinen Ruhm/
 wie



Wie bey dir nebst der Kunst die Tugend-Rose blühet/
Die wohl gepaaret sind das beste Eigenthum.
So nimm denn hin den Zoll/ den dir die Pallas giebet/
Da Sie durch deinen Mund heut ihre Wahren
führt /

Es scheint/ Minerva selbst hat deinen Geist geliebet/
Dieweil Sie Ihn so reich/ mit Ihren Gaben ziert.

Durch dieses wenige wolte sich dem höchgeschätzten
Herrn Auctori in untergeschicktes Andencken schreiben

E. H. de BORCK, Nob. Pom.

Wer sich der Ehren Schloß zu seinen Sitz er-
wehlt/
Und wem die Tugend heist auff ihren Gipfel
schauen/

Der muß die Leiter sich durch Fleiß und Mühe bauen/
Als ohne welche man den rechten Weg verfehlt.

Diß hat Er/ werther Freund/ nun herrlich
ausgeübet/

Drumb siehet man Ihn schon durch schöne Proben
steigen /

Der Himmel gebe sich Ihm ganz und gar zueigen/
So wird er niemahls seyn von Unglücks-Sturm
betrübt.

Dieses Wenige hat seine Schuldigkeit gegen dem
Herrn Doctorando zu beweisen auffsetzen wollen

J. G. Kornführer/ Desf. Anhalt.

So wilstu/ wehrter Schulz/ nach Ruhm und
Ehre geben/
Nun kennet dich die Stadt/ nun weiß man
wer du bist/

Du

Du läst dein helles Licht nicht unterm Scheffel stehen/
Und zeigest uns das Pfand / das dir gegeben ist/
Deßwegen hast du nicht / dem Bruto gleich / Apollen/
Das Gold der Wissenschaft in Holze bringen wollen.

Die Sternen sind veracht / die keine Strahlen geben/
Was sol das reinste Gold das noch den Berg bedeckt?
Die Sonne kan sich nur durch ihren Glanz erheben/
Was hilft ein Diamant der in dem Felsen steckt?
Drumb hastu wohl gewußt / daß alles was wir wissen/
Wenns etwas heißen soll auch andre wissen müssen.

Ein Kluger muß der Welt auch seine Klugheit zeigen/
Nicht wie Diogenes im engen Tasse seyn.
Und will er ja so lang als jener Grieche schweigen/
So wird er doch nicht gar zum stummen Marmorstein/
Denn wer die Thoren will von klugen Leuten trennen/
Muß sie den Vögeln gleich aus ihrer Stimme kennen.

Die Themis wußte schon vor ohngefehr zwey Jahren/
Wie hoch dein Fleiß dich hat in ihrer Gunst gebracht/
Jetzt dencket sie von dir was größers zu erfahren/
Nun deine Klugheit sich auff die Catheder macht.
Da werden wir von dir die sonderbahren Lehren/
Von ungemeiner Art des kürzsten Ehstands hören.

Es trägt die Göttin noch die traurigen Cypressen/
Die Deines Vatern Tod noch nicht verschmerze kan/
Doch jezo scheint sie das Trauren zu vergessen/
Sie lacht den klugen Sohn mit holden Augen an/
Und wenn Du wirst so hoch als wie dein Vater steigen/
Wird sie Dir gleichen Ruhm und gleiches Glück zeigen.

Mit diesem wolte Seinem geehrtesten Freunde gehors
sambst auffwarten dessen unterthäniger Diener
MAXIMIL. FERDINAND. de FÜRST, Equ. Sil.

Ascendis Cathedram, Themidos quæ numine ful-
get,
Monstrare, ut cunctis, maxima dona queas.
Gratulor ex animo; quos Tu nunc quæris, honores:
Gratulor ingenium non latuisse tuum.

*Præstantissimo Dn. Respondenti paucis his mul-
tum gratulabatur*

B. RIESE. Berol. March.
Opponens.

Shat/ mein werthster Freund/ wie ich mit
Lust verstanden/
Ein fruchtbar Thema Ihm zu dem Disput
erwehlt:
Denn/wer mag rechnen aus/was Nus in allen Landen
Die Ehe gibt und schafft/was Sie für Vortheil
zählt?
Hier sind der ganze Bau von Stadt und Land und
Reichen
Sein einzig Fundament/ so alles unterhält.
Laß sonder Ehe-Bett nur dreyßig Jahr hinstreichen/
Und siehe/ was Dir dann noch übrig in der
Welt?
Ich wünsche/ daß auch einst/mein Freund/ von vie-
len Seegen/
Ein fruchtbar Thema sich für Ihm mag ge-
ben an/
Mit welchem Er nach Wunsch zu Bette sich mag le-
gen/
Und friedlich ohn Disput vergnüget leben kan!

*Mit diesen Wenigen hat sich des Herrn Candidaten/
als seines hochwerthsten Gönners senerer Affe-
ction besser maßen recommendiren wollen*


PHILIPPUS STIFELIUS,
Sonnenb. March.


ULB Halle 3
003 499 731


sb

VD 7P







1701, 7a
DISSERTATIO JURIDICA INAUGURALIS, *Sept*
DE
MATRIMONIO
MOMENTARIO, *M*
ANNUENTE ^{QVAM} DIVINO NUMINE
Ex AUTHORITY MAGNIFICI JCTOR. ORDINIS
IN ILLUSTR. HAC VIADRINA,
PRÆSIDE
DN. HENRICO COCCEJO,
JURISCONSULTO,
SERENISS. ET POTENTISS. REGI IN BORUSSIA
AB AULÆ REGIÆ CONSILII,
FACULTATIS JURIDICÆ ORDINARIO, PROFESS. PRIMARIO,
& h. t. FACULT. JURID. DECANO, *62*
ANTEA
SUMMI CONSILII STATUS ELECTORALIS PALATINI
ET COLLEGII REVISORII ASSESSORE, IN ALMA HEIDEL-
BERGENSI DECRETAL. PANDECT. ET JURIS GENT.
PROF. PUBL. ORDIN. MERITISSIMO,
DN. PATRONO ac PROMOTORE SUO PIO CULTU AETERNUM
VENERANDO,
PRO LICENTIA
SUMMOS IN UTROq; JURE HONORES ac PRIVILEGIA
DOCTORALIA CONSEQVENDI,
Die XXX. Junii An. MDCCI. Horis ante- & Pomeridianis,
Publico Eruditorum Examine submitter
SAMUEL FRIDERICUS *Schulg*
FRANCOF. MARCHICUS.
Francofurti ad Viadrum, Literis Christophori Zeitleri.

